



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

v. De effectu interdicti localis, & personalis; & quid circa diuina officia licitum, aut illicitum sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

- 30 Quoad interdictum autem Doctorum, quo scilicet, interdiciuntur Doctores Ciuitatis, aut Collegij, dubium secundum est, an intelligantur etiam Clerici Doctores? In qua re certum est comprehendi omnes Doctores laicos Ciuitatis, & Collegij. De Clericis autem, Tabiena in verbo interdictum 1. num. 9. §. octauo. in fine. Armilla, verbo interdictum, num. 11. Simon Maiol. lib. 3. c. 20. num. 11. Alphonsus Vinal. ritu. de interdicto, num. 169. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 42. §. 3. versic. Quinto. dicunt etiam interdici, nisi aliunde de intentione constet: Alij tamen vt Angel. verbo interdictum 1. num. 9. Rosella verbo interdictum 1. num. 15. Syluest. verbo interdictum 2. num. 17. & Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 5. §. 5. num. 3. interdictos esse negant: Quia hoc interdictum comprehendit Doctores, vt faciunt aliquam Vniuersitatem, seu communitatem; Clerici autem Doctores non possunt esse de Vniuersitate, vel Collegio laicorum, & hæc sententia mitior & verior esse videtur.
- 31 Vltimo circa interdictum singulare aduertendum est, personam singularem dupliciter interdici posse; vno modo simpliciter, non specificando vnã rem magis, quã alteram, & sic huic singulari personæ interdicta sunt illa omnia, & singula, quæ ex natura interdicti prohibentur. Alio modo, ita vt personæ huic interdiciatur aliqua determinatè expressa, vt cum illi interdicitur ingressus Ecclesiæ, aut si alicui interdiciatur exercitium vnus, aut alterius ordinis. Qui duo interdiciendi modi inter se differunt, eo quod prior naturam potius interdicit, posterior verò naturam potius suspensionis participet, adeo, vt verbum illud interdiciendi in posteriori modo expressum, verbo prohibendi æquipolleat, vadè, si Petrus interdicitur simpliciter, omne quod per interdictum prohibetur, illi est prohibitum, si verò interdicitur a ministerio altaris tantum, omne aliud efficere potest, si autem interdicitur ab ingressu Ecclesiæ, omnia diuina ei prohibentur intra eandem Ecclesiam, quia includuntur in prohibitione ingressus illius, potest tamen diuina in domo, aut alio in loco extra Ecclesiam audire, ex Ledesm. 2. 4. q. 26. ar. 2. de interd. Notab. 5. & interdictus ab vno actu, seu ab actu vnus ordinis, actus ordinis inferioris exercere potest actus aut maioris, actus ordinis superioris exercere nõ potest. Tab. v. Interd. n. 14. §. Decimotertio. Simon Maiol. li. 3. de irr. eg. c. 20. nu. 4. Ant. in c. vel non est, de tẽp. ord. Armilla, verbo interdictum, nu. 20. arg. c. sollicitudinẽ, de appell. sic interdictus 32 ab exercitio actus. Subdiaconatus, aut interdictus ne promoueat ad ordinẽ Subdiaconatus, nec exercere potest actum Diaconatus, nec ad Diaconatũ promoueri potest. Et denique sic interdictus ybique locorum interdictus est, ne illi prohibita ante absolutionem exerceat, de qua re plura diximus cum de suspensione, & latius eam explicat Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. c. 43. §. 1. & §. 6.

De effectu interdicti localis, & personalis.
Quid circa Diuina officia licitum,
aut illicitum. Cap. V.

S Y M M A R I V M.

- 1 Interdictum omne hanc vim habet, vt a Diuinis prohibeat.
- 2 Interdicto prohibentur officia diuina, Sacramenta, & sepultura Ecclesiastica.
- 3 Missa semel in hebdomada, ad Eucharistiam pro infirmis conficiendam, non obstante quouis interdicto, iure antiquo celebrare potuit.
- 4 Officia diuina per interdictum prohibita, quænam sint.
- 5 Differentia inter ius antiquum, & nouum quoad Missæ celebrationem quænam sit.
- 6 Missa semel in hebdomada non solum in locis generaliter interdictis, sed etiam in Ecclesiis specialiter interdictis

olim celebrari potuit, & etiam sapius ex causa vngenti.

7 Glossæ error circa celebrationem Missæ semel in hebdomada celebrandæ, refellitur.

8 Missa semel in hebdomada celebranda in illis solum Ecclesiis licita, in quibus Eucharistia pro infirmis seruari solet, non in alijs.

9 Missa semel in hebdomada celebranda per quos Clericos fieri potest.

10 Officia diuina, cuiuscunque interdicti tempore, ad breues obligati, priuatim recitare possunt, & tenentur, aliam fructus respondentes pro rata omissionis amittunt.

11 Interdicti tempore, duo, aut tres simul officium, & horas recitare possunt.

12 Interdictum quid propriè circa officium prohibeat.

13 Interdicti generalis tempore, in Ecclesiis conuentionalibus Clerici bini, vel terni excommunicatis, & interdicti exclusis, ianuis clausis, horas recitare possunt.

14 Interdicti specialis tempore an Clerici bini, aut terni horas simul recitare possint.

15 Interdicti generalis tempore cur Religiosis primum vt officia diuina celebrare possint, concessum sit.

16 Interdicti generalis loci tempore quare Episcopos sit concessum, vt diuina officia licitè celebrare possint.

17 Templarijs, & Hospitalarijs, qui per Villas, & Ciuitates ad eleemosinam colligendam mittebantur, vt officia diuina interdicti generalis tempore celebrare semel in anno, conceditur.

18 Clericis secularibus etiam vt interdicti generalis loci tempore diuina officia celebrare possint, cum certa moderatione, iure nouo concessum est.

19 Priuilegia omnia, quæ cap. Alma mater, præcesserant, quatenus dicto c. contrariantur, per Bonifacium VIII. renouata sunt.

20 Cap. Alma mater. de solo interdicto generali, & non de speciali loci intelligendum.

21 Officia diuina tam in Ecclesijs secularibus, quam in Monasterijs, & Hospitalibus auctoritate Episcopi erectis, interdicti generalis tempore celebrari possunt.

22 Officia diuina generalis interdicti tempore, etiam extra Ecclesias, vt prius seruatis quatuor conditionibus possunt celebrari.

23 Officium diuinum, interdicti generalis tempore, qualiter [voce submissa] celebrandum.

24 Officium diuinum tempore generalis interdicti [exclusis excommunicatis, & interdictis] celebrari debet, & etiam laicis omnibus, qui priuilegio carent.

25 Particula [Præsertim] in cap. Alma mater, quos comprehendat.

26 Laici priuilegio carentes, cuiuscunque interdicti tempore a toto officio diuino, ac qualibet parte notabili illius excluduntur.

27 Missa sicca officium diuinum est, ad quam laici tempore interdicti non admitti debent.

28 Puer doli capax officia diuina tempore interdicti audire nequit.

29 Laici priuilegiati interdicti tempore ad officia diuina audienda admittuntur.

30 Priuilegium concessum Collegio, vel Conuentui audiendi diuina tempore interdicti, ad familiares non extenditur, sedus autem si personæ singulari sit concessum.

31 Priuilegium concessum personæ particulari de Missa audienda tempore interdicti, ad familiares eius, qui eandem interdicti dederunt, non extenditur.

32 Familiares laici priuilegiati diuina audire non possunt tempore

- tempore interdicti, quando non sunt cum eo, qui hoc privilegium habet.
- 33 Sacerdos clericum non habens, qui ei in celebratione Missae interfuerit, famulum laicum assumere potest.
- 34 Clerici non omnes ad divina officia tempore interdicti admittendi.
- 35 Clerici extranei, & religiosi ad officia divina in eorum Ecclesiis, seu Monasterijs audienda, & etiam facienda admitti possunt.
- 36 Missa non solum conventualis, sed etiam quilibet alia peculiaris, & privata, interdicti tempore dici potest.
- 37 Laici, quamvis interdicti tempore divinis interesse nequeant, in Ecclesia tamen privatim orare possunt.
- 38 Officium commendationis animarum tempore interdicti licitum est, & quae huius ratio sit.
- 39 Confessio generalis quam facere solent laici Sacerdoti, & absolutio generalis, interdicti tempore licite fieri possunt.
- 40 Laici, qui Constaternitates habent litantias, & alias preces, interdicti tempore publice cantare possunt.
- 41 Angelica saluatio tempore cuiuscunque interdicti siue generalis siue specialis licita est.
- 42 Laici de populo, vel loco interdicto in die Parasceues Crucem adorare, & osculari possunt.
- 43 Prædicatio verbi Divini tempore cuiuscunque interdicti licita est.
- 44 Lectio, & declaratio Psalmorum, vel Evangeliorum cuiuscunque interdicti tempore licite fieri potest.
- 45 Purificationis mulierum officium, an, & quatenus interdicti tempore fieri possit.
- 46 Officium defunctorum, an, & qualiter pro defunctis in die sepulture, & alijs temporibus, interdicti tempore dici possit.

His, quæ superius exposita sunt, interdictum omnem vim hanc habere constat, ut a divinis prohibeat, nullum enim interdictum est, siue locale, siue personale sit, quod hæc non prohibeat, ut de personali colligitur in cap. si sententia, de sent. excomm. lib. 6. & de locali habetur in cap. si civitas, & cap. si de sent. excomm. lib. 6. & in cap. Episcoporum, de privileg. lib. 6. & in Clem. penult. de sent. excomm. Ideoque, ut DD. communiter tradunt, siue in locum, siue in personam interdictum latum sit, nec in illo loco divina, nec ab illa persona interdicta, alicubi divina de more exerceri poterunt. Maioris autem claritatis gratia. Doctores omnia divina prohibita, ad tria generalia revo-
 cant, scilicet, ad Officia Divina, ad Sacramenta, & ad Si-
 pilitatem Ecclesiasticam; aliqui verò, ut Vgolin. de censur. Eccl. Tab. 5. cap. 5. §. 2. num. 2. quartum addidit, nimirum, aditum in Ecclesiam. Quæ omnia facile probari possunt, nam de Sacramentis id colligitur ex cap. Non est vobis, & ibi Panorm. num. 5. de sponsal. & cap. Quod in te, de peccat. & remiss. & in c. Responsio, de sent. excomm. De Officijs divinis idem habetur in cap. & in iuris citatis, & in cap. ex rescripto, de iureiur. & cap. 3. §. Quod si, & in cap. vi privilegia, de privileg. in antiqu. & in cap. Episcoporum, & in cap. licet, de privileg. lib. 6. & in cap. si sententia, & in cap. Alma mater, de sent. excomm. lib. 6. De sepultura Ecclesiastica colligitur etiam ex cap. Quod in te, de peccat. & remiss. & in cap. 3. §. Quod si, & cap. vi privilegia, de privileg. in antiqu. & in cap. Episcoporum, eod. tit. lib. 6. & in cap. si civitas, de sent. excomm. lib. 6. & tradit Couar. de his omnibus in cap. Alma mater, par. 2. §. 1. num. 10. de sent. excomm. lib. 6. & DD. communiter Vgolinus ubi supra, & Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 44. §. 1. Angelica, verbo interdictum 5. Summa Pisanello verbo interdictum 4. in princip. Tabiena interdictum 5. num. 6. Sotus 4. dist. 12. q. 3. art. 1. Concl. 4. vers. Igitur extra illa. Mart. Ledesm. 2. q. 26. art. 2. tract. de interd. in princip. Nauar. in Man. c. 27. nu. 171. De ingressu in Ecclesiam colligitur ex c. ex rescripto, de iurei. & ex c. is, cui, de sent. excomm. lib. 6. Quæ effectus strictius iure antiquo prohibebatur,

quàm nouo, ut ex his, quæ infra dicemus manifestum erit. Quia verò res hæc longior paulo futura est, quam ut uno capite explicari possit, in hoc capite, quid circa Divina officia licitum, & illicitum sit, explicabimus.

Primo igitur principaliter per omne interdictum generale, vel speciale locale vel personale, vel mixtum, iure antiquo omnia prorsus officia divina modis omnibus prohibebantur, cap. ex rescripto, de iureiur. ita, ut nec ea celebrare, nec audire licebat, cap. Quod in te, de penit. & remiss. & cap. Non est vobis, de sponsal. Et solum ex omnibus officijs permittebatur officium Missæ, semel tantum in hebdomada; & hoc ad cõficiendam Eucharistiam profinitis, ut habetur in c. permissimus, de senten. excomm. Quia tamen periculum erat, ne si diu cessarent officia divina, pullularent hereses, & magna in devotio populorum, necnon infirmitas animarum damna sequerentur (ut contigit Urbini, tempore Martini IV. Pontificis, ubi per triginta, & quadraginta annos interdictum steterat, ita ut facta relaxatione, homines illius loci eb diurnam factorum delictuam, presbiteros Missam celebrantes, Missæque ceremonias deriderent, ut testantur glof. Ioan. And. in cap. Alma mater. in verbo insurgunt, de sent. excomm. lib. 6. & Simon Maiol. lib. 3. de iure. ca. 26. numero 2. Triggessenim Urbinate Guidoni Montefeltro faebant, qui bellum Sedi Apostolicæ movit, uniuersamque Flaminiam, quam Romandiolam dicunt, ab Ecclesia seduxit. Quam tamen historiam Alphonsus Viualdus, tit. de interd. num. 183. figmentum vocat: Bonifacius VIII. nouo iure, ut habetur in d. ca. Alma mater, concessit tempore generalis interdicti, ut officia divina cum quadam moderatione celebrari possent.

Officium verò divina, quæ per interdictum prohibetur, hæc sunt, Missæ, etiam si ea, id est, sine consecratione Sacramenti, cum sit de annotatis in Missali, & ita interpretatur consuetudo, ex Syluestro verbo interdictum §. quæst. 3. in fine. Summa Corona, tit. de interd. numero 7. Hora Canonica siue officij maioris, siue officij B. Virginis, De festorum, & alia officia, ut benedictiones, & consecrationes quatuorcuque rerum. vnde communiter tradunt Doctores, per interdictum regulariter prohiberi omnia exercitia cuiuscunque ordinis maiori deputata, ut Subdiacono prohibetur, ne solemniter cantet Epistolam cum manipulo; & Diacono, ne cantet Evangelium; Sacerdoti, ne dicat Missam, aut officiet Horas in Choro; Episcopo, ne conferat ordines etiam minores, consecret Abbates, Virgines, & eas cales, quia hæc omnia exercitia in officia divina annumerantur; Sic Anchar. in cap. si de sent. excomm. lib. 6. Palud. 4. dist. 18. quæst. 2. in artic. 4. in princip. §. Quantum ad decimum septimum. & S. Anton. 3. par. tit. 27. de interd. cap. 4. Summa Astenis. par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 4. Angelica, verbo interdictum 5. & verbo interdictum 6. Pisanello, verbo interdictum 4. Syluester, verbo interdicti n. 5. Tabiena, verbo interdictum 5. Sotus 4. dist. 12. quæst. 3. art. 1. Concl. 4. Mart. Ledesm. 2. q. 26. art. 2. tract. de interd. vers. sed Quares, Nauar. in Man. cap. 27. num. 171. & num. 172. Alphons. Viuald. tit. de interd. num. 154. Couar. in cap. Alma mater, par. 2. §. 1. num. 2. & §. 4. de senten. excomm. lib. 6. Simon Maiol. lib. 3. de iure. cap. 26. nu. 8. Henriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 44. §. 1. Vgol. de censur. Ecclesiast. Tabul. 5. cap. 8. in princip. & ca. 13. & alij omnes.

Huc infertur primò differentia inter ius antiquum, & nouum quoad Missam celebrandam; quod iure veteri Missam semel in hebdomada celebrare licebat, idque causa consecrandi Eucharistiam profinitis ex cap. permissimus, de sent. excomm. iure autem nouo singulis diebus in Ecclesijs, & Monasterijs Missæ celebrari possunt cum quaduplici hac moderatione; primò, ut celebraretur voce submissa; secundo ianuis clausis; tertio nõ phylatis campanis; quarto exclusis excommunicatis, & interdictis, capitulo siue adijcimus, de sent. excomm. lib. 6. & nec Missa illa, quæ in d. capitulo permissimus semel in hebdomada concessa fuit, nec hæc quæ quotidie celebrari permittitur iure nouo, d. cap. Alma mater, nisi his conditionibus seruatis, fieri potest.

6 *Circa* Miſſam verò illâ, quæ iure antiquo ſemel in hebdomada celebranda permittitur, obſervandum eſt primò, huiusmodi Miſſam licitam ſemper fuiſſe, & eſſe, non ſolum in locis generaliter interdicitis, ſed etiam in Eccleſiis ſpecialiter interdicitis, ex Martini, Ledem. 2. 4. quaſt. 26. art. 2. tract. de interd. §. ſed quæres. verſ. ſequitur ſecundo. Henrriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 44. §. 3. & Navar. in Man. cap. 27. nu. 173. verſ. Nono dico. ubi etiam extendit concessionem dicti cap. permittimus. vt non ſolum ſemel, ſed etiam iterum, ac ſæpius celebrari poſſit Miſſa in hebdomada ad conſiciendam Euchariftiam pro infirmis, ſi neceſſitas poſtulerit, id quod etiam teſtantur Hoſtienſis ibidem. & Alphoſus Vivaldes tit. de interd. c. nu. 222. & probari poſſet; quia intentio dicti cap. permittimus, eſt, vt Euchariftia pro infirmis nunquam deſit; Quia verò communiter ſufficiens numerus hoſtiarum cõſecrari poſſet ſemel pro tota hebdomada, ideo Gregorius Papa IX. ibi determinavit, vt ſemel in hebdomada Miſſa celebraretur. Principale ergo quod ſtatutum eſt, quod Euchariftia ſemper habeatur, & quod nunquam deſit; minus autem principale eſt, vt ſemel in hebdomada celebraretur. Quia verò hoc eſt privilegium favorabile, ideo cõvenientiffimè ſit dicta ampliatio, vt in neceſſitate Miſſa pluſquam ſemel in hebdomada celebrari poſſit. Dixi in neceſſitate, quia extra neceſſitatem fieri non poterit.

7 Ex quibus colligo errate gloſſam initio d. cap. permittimus, ubi ait, diſpoſitionem illius cap. hodie nihil valere, eo quod in d. cap. Alma mater, conſeſſum eſt Clerici quotidie Miſſam celebrare. In qua te errat, quia etiam hodie locum habet; ſiquidem, in virtute d. ca. permittimus, licitum eſt celebrare in Eccleſiis ſpecialiter interdicitis, quod tamè non licet in virtute d. ca. Alma mater, quia cap. Alma mater, & Sylueſter, verbo interdicitum, §. num. 1. §. primum, ſolum de locis generaliter interdicitis loquitur, vt notant Angelica, verbo interdicitum 6. num. 1.

8 *Secundo* obſervandum eſt, hanc Miſſam ſemel in hebdomada, ſolum licitam eſſe in illis Eccleſiis, in quibus communiter Euchariftia pro infirmis ſervari ſolet, & non in alijs, vt in Eccleſiis parochialibus, & Monafterijs Monialium, & Religioſorum exemptorum, quæ pro ſuis domeſticis Euchariftiam ſervare ſolent. Quod verò Palud. in 4. diſtinct. 18. quaſt. 8. in artic. 4. principalis §. Quantum ad decimum quartum. & Henrriquez lib. 13. de excomm. & interd. cap. 44. §. 3. Alphoſus Vivaldes tit. de interd. numer. 223. & Navar. cap. 27. numer. 173. dicant, Miſſam hanc dici poſſe non ſolum per Clericos, qui ſunt proprii Miniſtri prædictarum Eccleſiarum, ſed etiam per alios Clericos ex commiſſione Miniſtri illius Eccleſiæ, quia quod per alios faciunt, per ſeipſos facere videntur, ff. de adm. tu. l. ita geſſiſſe; mihi non placet, aduerſari enim videtur expreſſe verbis d. cap. permittimus, ubi permittitur Miniſtris Eccleſiarum, ſeu (vt ait gloſſa) Reſtoribus Eccleſiarum, vt Miſſam celebrare poſſint. Poſſet tamen opinio Paludani in caſu neceſſitatis admitti, ſcilicet, ſi Miniſter Eccleſiæ dicere nõ poſſet illam Miſſam, aut propter ægrotudinem, aut propter aliquam aliam cauſam videntem, tunc enim ſatius erit, ſi per alium Miſſam celebrari faciat, quam vt deſit Euchariftia; & in his omnibus cum Navar. & alijs conſentit Vgol. Tab. 5. c. 10. in princ. & fauet Sylueſter ubi ſupra, nu. 1. §. Secundum, qui tamen ſpecialiter interdicitus eſſet, Miſſam hanc celebrare non poſſet; & de Miſſa hæc fatiſ ſint.

10 *Secundo* principaliter quoad officia Divina, tempore cuiuſcunque interdicitu ſue localis, ſue perſonalis, obligati ad Horas, privatim eas recitare poſſunt, & debent, ſive ad eas teneantur ex Voto ſpeciali, ſive ratione beneficii, ſive ratione ordinis Sacri; adeo, vt ſi quis teneatur ratione beneficii ad officium maius, vel ratione penſionis ad horas B. Virginis, non ſolum peccabit mortaliter omitendo officium, vel totum, vel partem aliquam notabilem, vel aliquam Horam, ſed etiam non facit fructus ſuos reſpondentes pro rata dictæ omiſſionis; iuxta nouiſſimam Bullam Pij V. ſuper hæc editam, quæ incipit, *Ex primo Lateranenſi*, quam refert Navar. in Manu. cap. 25. num. 122. quæ Bulla æque locum habet tempore interdicitu, ac quolibet

alio tempore, Et idem docent Vgol. de cenſur. Eccl. Tab. 1. c. 13. §. 13. & Tab. 5. c. 13. in princ. & Navar. in Man. c. 27. nu. 175. in fine. & faciunt, quæ tradit gl. in c. 2. in verb. preſumpſit. & in c. illud, in verb. officia, de Cler. excomm. niſtri. & glo. in c. preſbyterum, in verbo, priuatus eſt, diſt. 28. Hoſtienſis, in Summa, tit. de ſent. excomm. circa ſententiam, §. Conſuevit, & illud quaeri. Angelica, verbo interdicitum 6. num. 40. Sylueſter, verb. interdicitum, §. quaſt. 5. ver. Nolum, Couar. in c. Alma mater, par. 1. §. 3. num. 8. de ſententia commun. 6.

11 *Quibus* addo ex capit. Quod in te, de penit. & remiſſ. Hoſtienſis ibidem, & Navar. in Man. cap. 27. num. 175. & alijs, non ſolum vnumquemque ſingulariter, ſed etiam duos, aut tres ſimul poſſe tempore interdicitu recitare Officium, & Horas, tam domi, & in cubiculo, quam extra in aperto campo, & domi ianuis non ſolum clauſis, ſed etiam apertis, dummodo ita dicatur, vt ab alijs facile non audiat, & ad tollendos ſcrupulos addit Navar. parum referre, etiam ſi ea voce diceretur, quæ ab aliquibus tranſiſſibus audiri poſſit, & caſu eadem tradunt Hoſt. in d. cap. Quod in te. Nich. Plouius tract. de interd. Reg. 31. Sylueſter, verbo interdicitum, §. q. 5. Calderin. tract. de interd. fol. 10. Couar. in c. Alma mater, par. 2. §. 2. nu. 7. verſ. Sed & olim, de ſent. excomm. lib. 6. & Henrriquez lib. 13. cap. 44. §. 3. Alphoſus Vivaldes de interd. c. num. 288. Quæ ſententia tamen hi probatur, quia parum pro nihilo reſputatur. Et quomodo ita tradat Navar. eo in loco de locis generaliter interdicitis, Sylu. in v. interd. 4. n. 7. q. 5. & Angelus, v. interd. 6. n. 1. v. l. ut tpe ſpecialis interdicitu hæc licita eſſe, cū ea tñ cõditiõne, vt ab alijs audiri non poſſint, niſi caſu, & per motu tranſiſſus; Alioquin ſi ab alijs ſerio, & ex propoſito audiret, violaretur interdicitu, eſt officiu extra Eccleſia diceretur.

12 *nã* et extra Eccleſia eo modo dicere nõ licet. Vnde, ex natura interdicitu propriè circa officiu duo prohibentur, vni eſt officiare ipſa Eccleſia, ſeu officiu ipſius Eccleſiæ, quæ officia dicuntur in Eccleſia, eſt nullus eſſet præſens; Altera eſt, officiu populi, ſive intra, ſive extra Eccleſiam ſit.

13 *Tertio* principaliter, ex eod. c. Qd in te, de pen. & remiſſ. ceſſum eſt tempore generalis interdicitu, vt in Eccleſiis conuentualibus clerici bini, vel terni ex cõcatis & interdicitis excludis, ianuis clauſis, Horas canonicas nõ quidè canunt, ſed legere voce ita ſubmiſſa poſſunt, vt extra nõ audiant, vt etiam tradunt Sylu. v. interd. 5. q. 5. Tab. v. interd. 5. §. primo Couar. in c. Alma mater, p. 2. §. 2. nu. 7. verſ. Sed & olim de ſent. excomm. li. 6. Henrriquez, 13. de excomm. & interd. c. 44. §. 3. Circa illam verò conditionem, qua dicitur *Clauſis ianuis*, Navar. in Man. c. 27. nu. 175. & cum ſecutus Alphoſus Vivaldes, tit. de interd. num. 230. 231. & 232. putant eam in rigore non omnino ſemper ſeruandam eſſe; Nam

14 *Primo* ait, poſſe tpe generalis interdicitu Clericum vnumquemque per ſe ſolum recitare officiu ipſius Eccleſiæ ianuis apertis; dummodo ita ſubmiſſe recitet, vt a nullo audiat.

Secundo ait, poſſe duos, aut tres Clericos ſeparatim a ſua quæſia hoſi, q̄ eſt i Eccleſia diuiſos, vel ita remote diſtinctos, aut voce ita ſubmiſſa, horas recitare vt a nemine audiant.

Tertio ait, poſſe a fortiori duos, aut tres Clericos ſeparatim i aliqua Capella Eccleſiæ dicere ſuas Horas clauſis ianuis ipſius Capellæ, quãuis ſint apertæ ianua ipſius Eccleſiæ, cõtra Hoſt. Io. And. & Card. in d. c. Quod in te; & probat hæc cõſ. quia hæc non aduerſantur intentioni Canonis prædicti. Intentio, n. d. c. Quod in te, ubi præcipitur officiu voce ſubmiſſa, & ianuis clauſis recitari, eſt, vt ab alijs non audiant, bene ſaluatur intentio Canonis. Quæ Nauar. doctrina mihi valde probabilis videtur, & poſt factum cõfulèda, ante factu tñ diſſuadèda, tñ, quia verbis ipſius Canonis aduerſari videtur; tñ, quia facile poſſet generare ſcandalum, ex hoc ipſo quod fiat contra verba Canonis; tñ, quia, qui ſic recitat, alicui periculo ſe exponit, vnde Vgol. Tab. 5. c. 8. §. 3. hanc Nauarri ſententiam non probat.

14 *Insuper* aduertendũ eſt, quod licet quantum ex d. c. Quod in te colligi põt, hoc ſolũ permiſſum eſt tẽpore interdicitu generalis; ſi tñ in rigore loquamur adhuc aliqui ſaliẽ poſſunt factũ ea oia quæ Nauarri concedit in Eccleſia tempore generalis interdicitu, putant et ſine violatione interdicitu fieri poſſe.

posse tempore specialis interdicti. Ratio, quae eos monet, est, quia pari modo saluatur principalis intentio tum illius Canonis, tum aliorum quia officia a nullo audiuntur; & deinde, quia si hoc secundo modo recitetur, nec officiatur Ecclesia, nec officiatur populus, & ita non violatur interdictum. Quorum opinio licet ob rationem allatam specie veritatis habere videatur, nullo tamen modo in praxi tutam esse existimo, cum dictum c. Quod in te, solum loquatur de interdicto generali, & in odiosis, & penalis restrictio potius quam ampliatio facienda est, maxime cum diuersa ratio sit interdicti generalis, & specialis.

15. Quarto principaliter. Haec omnia, quae diximus, nimirum, quod tempore generalis interdicti loci, omnia diuina officia celebrari possint, primo in fauorem vitae Regularis concessa sunt Religiosis, id est Regularibus, vt colligitur ex c. Quod in te, de pen. & remis. Permissum autem iuril. l. ad iure antiquo Monachis Praedicatorib. & Minoribus, vt falleret in loco generaliter interdicto Missarum solemnitate celebrare possent super altare viaticum, ianuis clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis, voce submissa, vt habetur in c. In his, de priuileg.

16. Quod idem etiam Episcopis iure antiquo concedebatur, quod nonnullis de priuileg. quibus etiam ob Episcopalis dignitatis auctoritatem concessum est, seruatis predictis conditionibus, vt non solum per seipso, sed etiam per aliquem alium Sacerdotem, Missam celebranda esse statuerent, vt in c. fin. de priuileg. lib. 6. habetur. Quod tamē priuilegium Episcoporum, & Monachorum in Ecclesia specialiter interdicta locum nō hēt, ex lo. Cald. & Villadieg. de Irreg. c. 1. nu. 1. Syluestro verbo, Interdictum, §. qu. 5. verfic. Quintum. & Cou. in c. Alma mater, §. 2. nu. 7. verfic. poterant, de sent. exc. lib. 6. Henriquez lib. 1. de exc. & Interd. c. 4. §. 6. & Couar. ait esse commune. & fauet gloss. in d. c. Alma mater, in verbo, Ecclesijs, de sent. exc. lib. 6. cū Angel. verbo, Interdictum, 6. num. 1. quicquid in hac re contra non sentiat Hostiens. in cap. Quae sunt, de his quae fiunt a maiori parte Capit. qui voluit idem licere etiam in specialiter interdicto loci, aut persone.

17. Simile priuilegium ipso iure concedebatur Templarijs, & Hospitalarijs, qui per Villas, & Ciuitates ad Eleemosinam colligendam, & alios ad suā fraternitatem admittendos mitebantur; His enim Religiosis permittebatur, vt in qualibet Ciuitate, Villa, aut Castro vna tantum Ecclesia constituere, in qua officia diuina celebraretur, excōicatus, & specialiter interdictis exclusis semel in anno, ob iuendum eorum aduentum etiam publice apertis ianuis, alta voce, & admissio populo generaliter interdicto, vt colligitur ex c. cum & plantare, §. Quod si templarij, & ca. vt priuilegia, §. illud, de priuileg. Palud. 4. d. 18. q. 8. in artic. 4. princip. §. Quantum ad tertium decimum. Sūma Astens. 2. par. lib. 7. ut. 16. art. 3. q. 4. Couar. in c. p. Alma mater, p. 2. §. 2. nu. 8. verfic. Et, & templarijs, de sent. exc. lib. 6. Henriquez lib. 1. de exc. & Interd. c. 4. §. 6.

18. Quae priuilegia nunc iure nouo conceduntur Clericis secularibus etiam primam tonsuram habentibus, ex Tole. col. 1. Instruct. Sacerd. c. 20. Vt constat ex cap. Alma mater, §. ad iudicimus, de sent. exc. lib. 6. Vbi cōceduntur Clericis omnia diuina officia tēpore generalis interdicti loci, quae extra tēpore interdicti fieri solent, cum hac tñ moderatōne, quae in his quatuor conditionibus consistit, quarum

- Prima est, vt Missae, & diuina officia voce submissa dicantur;
 - Secunda est, vt clausis ianuis;
 - Tertia est, vt non pulsentur campanae ad officia;
 - Quarta est, vt excludantur excōicati, & interdicti. Quibus quatuor seruatis, & Missa, & alia officia diuina in Ecclesijs, vt prius celebrari quotidie possunt. Immo vero, Clerici his quatuor seruatis non solum officia diuina celebrare possunt, sed etiam debent alias si officijs non interdicuntur in Ecclesijs; distributiones amittunt, sicut perderent interdicto non ex tēpore, si officijs diuinis non adessent, vt in d. §. ad iudicimus, habetur, & expresse docet Syluester verbo, Interdictum §. qu. 1. §. Primum.
- Quae quatuor Constitutionem, eiusque pleniorē intelligentiam, quaedam breuiter annotanda sunt.

19. Primo, quidē quod priuilegia omnia, quae praecesserunt d. c. Alma mater, Bonifacij VII. sunt reuocata per d. c. Alma, in fine, quod intelligi in d. c. Alma, in verbo, Cōcessis, ait, priuilegia quatenus sunt cōtraria d. c. Alma mater. Vnde, gl. Praedicatorum, & Minorum, & aliorū priuilegiatorum, quibus concessum erat, vt in terris festiuitates suas celebrare possent tempore interdicti, interdum vsque ad octauas, reuocata esse addit etiam reuocata esse priuilegia Templariorum, & Hospitalariorum, quibus in eorum locupdo aduentu semel in anno aperiebatur vna Ecclesia in loco tpe interdicti, c. vt priuilegia, de priu. Alia vero priuilegia quae post d. c. Alma, a Summis Pontificib. concessa sunt, non reuocantur, etiam si contraria sint d. c. Alma, vt enim ait glo. fin. in d. c. Alma, Constitutio c. Alma mater, priora priuilegia respicit, non posteriora, cum Pontifex legem suis successoribus imponere non possit, vnde consuetudina sunt priuilegia sequentia, eorumque tenor attendendus est, vt quid liceat, aut non liceat intelligi possit, iuxta ea quae tradunt Tabiena, verbo, Interdictum, §. Vndecimo. & Henriquez lib. 13. de exc. & Interd. c. 4. §. 6. in fine.

20. Secundo, Constitutio haec solum loquitur de interdicto generali, non de speciali loci, ex gl. in d. c. Alma mater, in verb. Ecclesijs, de sent. exc. lib. 6. Anch. Dom. Franco, & alij ibidem, lo. Andr. Ant. Card. Abb. in c. Quasi sunt, de his quae fiunt a maiori parte Cap. Calderino, tract. de Eccles. in terd. memb. 2. fol. 3. col. 1. Gonfalo a Villadiego, in tract. de Irreg. cap. de interd. col. 3. §. An. 3. p. tit. 27. de Interdicto, c. 4. in princ. verfic. Ite nota. Angel. verbo, Interdictum, 6. num. 1. Sylu. verbo, Interdictum, §. qu. 1. Tab. verbo, Interdictum, §. 5. §. 1. & §. 8. Nau. in Man. c. 27. nu. 173. Cou. in c. Alma mater, p. 2. §. 4. nu. 1. de sent. exc. lib. 6. vbi citat Felin. in c. Apostolica, nu. 3. de except. Feder. consil. 70. Rotam in nou. 436 & alios. Vnde * in Ecclesia specialiter interdicta haec non licent, sed tantum in Ecclesijs, quae intra locum generaliter interdictum sita sunt.

21. Tertio, Haec Constitutio eadem officia celebrari permittit, non solum in Ecclesijs secularibus, sed etiam in Monasterijs, & in Hospitalib. dummodo auctoritate Episcopi recta fuerint, in fauorabilibus. n. Ecclesiae appellatione Hospitalia quoque cōprehenduntur, praesertim, vbi mens ipsius Constitutionis hanc interpretationem ob eandem rationem admittit, vt expresse testantur Cou. in c. Alma mater, p. 2. §. 4. nu. 2. verfic. Quarto, de sent. exc. lib. 6. & Vgo. de censur. Eccles. Tab. §. c. 8. §. 5. nu. 2. & faciunt quae tradunt Fel. in c. De quarta, de praescript. Curt. iunior, conf. 20. Rebuff. in tract. Nominationum, q. 1. §. nu. 12. & colligi potest ex Clem. Per literas, de praeb. & idem dicendum de Monasterijs Monialium, in illis enim seruatis quatuor predictis, officia celebrari possunt, vt expresse tradunt Sylu. verbo, Interdictum, §. qu. 1. & Couar. in d. c. Alma mater, par. 2. §. 4. nu. 2. verfic. Quinto, de sent. exc. lib. 6. & Vgolin. Tab. §. c. 8. §. 5. nu. 2. Et quamuis Cou. vbi supra, nu. 1. verfic. Secundo, secutus Cald. Anch. & Francum, velit extra Ecclesias, & Monasteria diuina officia celebrari non posse etiā predictis quatuor seruatis; rectius tñ docet Vgolinus cit. vbiq. locorum diuina, vt prius, seruatis quatuor praemissis, fieri posse; quia conceditur ibi seruatis illis quatuor, vt officia sicut prius celebrarentur; Sicut igitur extra Ecclesias, officia prius celebrari poterant, ita etiam & nunc fieri poterunt. Nec obstat, quod in d. c. Alma mater, dicitur in Ecclesijs, & Monasterijs, quia Canon solum meminit eius, quod frequentius, & ordinatē antea fieri solebat, quo casu non excluduntur loca extraordinaria, in quibus antea, & nunc diuina fieri poterunt, arg. l. 1. cum ibi not. C. de rapt. vii. gin.

Quar-

A D D I T I O.

* Adde. Et tu dicas, rationem huius optimā esse, eo quia cum officia Diuina celebrantur in eodem loco, vbi sunt alii quot ecclesiae specialiter interdictae, poterunt audiri in illis non interdictis; & sacramenta iidem in eisdem suscipi; & per consequens cessat ratio dispositionis c. alma mater, de quo saepius hic in deuotio, nempe populorum, & huiusmodi alia.



- 3 *Quarto*, circa illam conditionem in voce *submissa* aduertendū est, hanc conditionem ita intelligi debere, vt recitantes, ea voce, & tono officium dicant, vt ab ijs audiatur, qui officio interfunt, ex Angel. verbo, Interd. 6. nu. 1. Alphon. Vivaldo, tit. de Interd. num. 228. & 229. Nau. in Manu. ca. 27. nu. 174. Henric. lib. 13. de exc. & Interd. c. 46. §. 1. & Vgol. Tab. 5. c. 8. §. 5. nu. 1. alias ait. Henriquez amittunt distributiones, nisi officium in tono fiat in choro, ita vt mutuo bene se audiant, vox tamen ita moderata esse debet, vt nō possit facile, & communiter extra Ecclesiam audiri; vnde, non violaretur hæc conditio, si ea voce Missa, aut officia dicerentur, ut etiā ab aliquo curioso obseruatore auditū possent extra foras, hoc enim non obstat, si contingat sic ab aliquo audiri, cum id sit præter intentionem dicentium, ideoque hoc casu non peccabunt, nec penam iuris incurrunt.
- 24 *Quinto* aduertendum est, alteram conditionem *excommunicatis, & interdictis exclusis* latius intelligi quam verba ipsa prima fronte sonare videntur; si quidem, hæc solum significare videntur, vt excludantur in excoicati & interdicti, nec aliquid dicitur de exclusione aliorum, cum tñ rei veritate ex eoi sententia Doctorum, omnes laici qui privilegio carent, excludi debeant, solum Clerici admittendi sūt: sic glo. in c. Alma mater, §. ad ieiunium, in verbo, Interdictis de sent. exc. libr. 6. & ibidē Gem. Anch. & Franc. Feder. de Sen. cons. 70. num. 2. vers. Secundus casus. S. Ant. 3. par. tit. 27. de Interd. c. 4. circa princ. §. Item nota. Angel. verbo, Interd. 6. nu. 3. in fine. Tab. verbo, Interdictum, §. n. 16. §. 15. Nau. in Man. ca. 27. nu. 174. Sylu. verbo, Interd. §. 1. vers. Tertium. Cou. in c. Alma mater, part. 2. §. 4. nu. 4. vers. octauo, de sent. exc. libr. 6. Alphon. Vivaldo tit. de Interd. nu. 225. Henriquez lib. 13. de Exc. & Interd. ca. 46. §. 4. nu. 1. & colligitur ex c. licet. de priuileg. libr. 6. & argu. c. Quoniam Episcopi, de priu. lib. eod. quia quod per priuilegium vim conceditur, alteri denegatum comprobatur si enim liceret laicis etiā nulla censura irretitis diuina ex vi d. c. Alma mater, aut iuris eois, audire, non necesse haberet id privilegio impetrare, arg. l. 1. & ibi not. glo. ff. ad municip. at privilegio id conceditur arg. cit. ca. licet, ergo eoi iure non permittitur illis. Deinde, si laicis permittetur, vt generalis loci interdicti tempore diuina audire possent, nō iuberetur, vt ianua clauderentur, quæ ideo claudi iubentur, ne laici ingrediuntur, sed neque prohiberentur pulsari campana, aut præceptentur diuina officia voce submissa celebrari, si laici interesse liceret; nec denique Ecclesia fratres Minores puniret, recipientes fratres, ac sorores tertij ordinis ad diuina, vt habetur Clem. 3. de sent. excomm. si laicis permittetur, vt interdicti generalis loci tempore diuinis interessent.
- 25 *Nec* repugnat, quod in d. c. Alma mater, §. ad ieiunium, de sent. exc. libr. 6. dicitur *excommunicatis, atque interdictis exclusis*, quasi secus sit, si nō sint excoicati, aut interdicti, quia vt notat Vgol. vbi supra, valeret argumentum, nisi aliud iure cautum esset, sicut hic cauetur, vt sensu glossa in c. vni co, de rat. & qual. lib. 6. & in Clem. 1. in verbo, *obseruare*, de sent. excommunic. & facit Clem. 2. de sent. exc. vers. *Aut qui*, ut patet ex particula illa *Præsertim*, quæ particula significat laicos omnes excludi debere a diuinis officijs, & præsertim eos, qui excommunicationis, aut interdicti censura ligati sunt.
- 26 *Sexto* aduertendum est laicos tempore cuiuscunque interdicti non solum excludi, ut diximus, ab ipsis officijs diuinis integris, sed et a qualibet parte officiorum, intellige, Notabil, ita, vt neque admitti possint ad audiendā Missā, neque ad faciendam oblationem in medio Missæ, neque ipsa etiā extra Ecclesiam tradi potest pax eo tempore quo in Missa traditur, neque aperienda est eis aliqua fenestra, aut foramen faciendum, vt uidere possint in Missa Sanctissimū Sacramentum, vt colligitur ex Clem. 1. de sent. exc. vbi reprehenduntur Religiosi, eo quod in Ecclesiæ valuis fenestras, & foramina facerent, idē docent Nau. in Manu. cap. 27. nu. 174. Henriquez lib. 13. de excom. & Interd. cap. 46. §. 1. vbi ait videre Corpus Christi eleuatū esse partē Missæ, quam audire laici interdicti tempore non possunt, & Vg. de censur. Eccles. Tab. 5. cap. 8. §. 4. num. 2. & Angelica, verbo, Interdictum, 6. nu. 1. Summa Astenf. 2. par. lib. 7. titu.

16. articul. 3. quæst. 4. Immo, nec admitti possunt laici ad Missam, quam uocant siccam, ex Syluestro verbo, interdictum, §. num. 5. q. 3. in fine, & Nau. in Manual. c. 27. num. 177. quia etiam Missa quamuis sicca, est officium diuinum. Nec solum a Missa sed etiā ab alijs officijs diuinis audiendis, vt ab Horis Canonicis, alijsque benedictionibus, & consecrationibus, quæ a Clericis fiunt, excluduntur laici omnes, et si cæci, aut surdi sint, ex Vgol. Tab. 5. cap. 8. §. 4. numero 2. non solum intra, sed etiam extra Ecclesiam audiendis, quæ de causa iubentur voce submissa dici, ne audiant, & claudi ianua iubentur, ne a laicis conspiciantur, sed neque perforati possunt ianua, vt extra positi uideant Corpus Christi, vt diximus, quæuis laici ea intentione perforantes, non peccent mortaliter, vt tradit Henriquez libr. 13. de exc. & Interd. c. 46. §. 1. Immo nec puer doli capax officia diuina tempore interdicti audire potest, non tñ prohibentur infantes septennio minores, ex Couar. in cap. Alma mater, par. 2. §. 4. nu. 3. vers. Duodecimo. de sent. exc. libr. 6. & nos supra docuimus, quicquid Syluester, & alij ibi citati, & Vgol. loco proxime a nobis citati Tab. 5. c. 8. §. 4. nu. 2. contrarium de infantibus affirmant.
- 29 *Septimo*. Quamuis regulariter laici omnes diuinis officijs interesse prohibeantur, vt dictum est, qui tamen privilegium habent, (dūmodo tamē causam interdicti non dediderint, ex Toledo lib. 1. c. 20.) illis licite interesse possunt, vt habetur in capit. *is qui* de sent. exc. libr. 6. & in cap. *de* de priuileg. libr. 6. & cui singulari persona per priuilegium conceditur, vt tempore interdicti celebrare, uel audire diuina possit voce submissa, & seruatis ceteris conditionibus, quibus supra, etiam secum familiares suos cum illis ad audiendum ea, vel celebrandum admittere potest, tales enim familiares gaudent priuilegio concessio ab homine, d. c. licet, §. 1. de priuileg. libr. 6. & a fortiori gaudent priuilegio, & permissione iuris, d. capit. Alma mater, §. ad ieiunium, ex S. Anton. 3. par. tit. 27. de Interdicto, c. 4. §. Item, si in tali Ecclesia, Angelica, verbo, Interdictum, 6. nu. 4. Syluestro, verbo, Interdictum, §. qu. 1. vers. Quartum. Summa Corona tit. de Interdicto, in fine. Cosmo Philarcho, de officio Sacerdot. par. 1. lib. 4. cap. 3. Alphon. Vivaldo, tit. de Interdicto, num. 314. Tabiena, verbo, Interdictum, §. Decimo quinto, Nauar. in Manual. cap. 27. numero 18. Vgol. Tab. 5. cap. 8. §. 4. numero 2. intelligitur autem de familiaribus illis qui eum de morte comitari solent, ex Anchar. in d. capit. licet, Nauar. & Vgol. concessum autem est hoc, ne alioquin priuilegium inutile redderetur; multi enim viri principes & Nobiles, vt sunt Duces, Marchiones, Reges, & huiusmodi priuilegium istud habentes, Ecclesias non a dirent, nec diuinis interessent, si de morte comitari id non possent, esset siquidem ab eorum dignitate alienum, non sunt tamen plures assumendi, quam eum comitari solent, vt sic fraus omnis euitetur, ex gloss. pen. in d. c. licet, & Summa Astenf. par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. q. 3.
- 30 *Dixit*, quando priuilegium concessum sit singulari personæ Episcopo, Regi, Duci, Baroni, quia secus est in familiaribus alicuius Conuentus, aut Collegij, quamuis eum Collegij, aut Conuentus priuilegium habeat audiendi diuina tempore interdicti, familiares tñ, & domestici eius non sunt admittendi, nisi sint priuilegiati, vt in d. c. licet, habetur, & præfati auctores testantur; Ratio autē huius distinctionis est; quia in primo casu, priuilegium aliquando redderetur inutile, nisi id etiam concederetur, quod esse non debet, arg. c. In his, de priuileg. In secundo autem casu conuenientius potest per se Collegium celebrare diuina sine familiaribus, & ideo priuilegium est restringendum, ne alioquin vilipendi contingeret sententiam interdicti, arg. ca. vi. priuilegia, in fine, de priuileg.
- Si* Quaras; An casu quo in Couentu essent tres tantum, & duo essent infirmi, nunquid tertius cum familiaribus celebrare possit? Quamuis Archid. dubitet, verius tamen docent Hostiens. in c. Quod nonnullis, de priuileg. & Ioan. Andr. in d. c. licet, quos referunt, & sequuntur Summa Astenf. par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 1. q. 10. & Angelica, verbo, Interdictum, 6. nu. 7. Syluester, vbi supra, posse, ne priuilegium inutile esset, ad instar eius quod de persona singulari dicitur in d. c. licet, & tenet glo. penult. ibi.

11 Hoc tamen quod diximus de familiaribus, non debet intelligi de illis qui causam aliquam dederunt interdicto, vel ad perpetrandum delictum, cuius occasione interdictum latum fuit, auxilium, consilium, vel favore dederunt, ut in d. licet, habetur, & docent Astenfis, Angelica, ubi supra, verbo, Interdictum, 6. nu. 8. & Summa Corona tit. de interdicto, in fine Toletus li. 1. c. 20. Neque etiam interesse possunt familiares huiusmodi diuinis officijs, quando non essent cum eo, qui hoc privilegium habet, ut colligitur ex d. licet, vers. Ad audiendum cum ea, a contrario sensu, ut notant Anchar. Gemin. & Franc. ibi, & Vgol. Tab. 5. c. 8. §. 4. nu. 2. cessante enim causa privilegij, etiam privilegium cessare debet, arg. c. cum cessante, de appellat. & accessorium, de reg. iur. lib. 6.

33 Ex qua doctrina inferunt DD. quod si Sacerdos Clericum non haberet, qui ei inferuieret in celebratione Missae, potest assumere famulum laicum, qui ei inferuiat; Nec refert an famulum illum laicum receperit, ante interdictum, aut postea, & etiam in eius locum si agrotaret, vel abeset, alium etiam mere laicum assumere possit. Qui casus rari, ac in villis sepe contingere potest. Sic Ioan. Cald. tract. de Eccles. Interd. mem. 6. Anchar. in ca. si de sent. ex. lib. 6. & Franc. ibi, d. Ant. 3. p. tit. 27. de Interd. c. 4. vers. Item si in tali Ecclesia. Sylu. verb. Interdictum §. 4. 1. vers. Quatum, Tab. v. interdictum, §. 15. Nau. in Man. c. 27. nu. 181. Cou. in c. Alma mater, p. 2. §. 4. nu. 5. vers. vnde cimo. Alpho. Vwald. tit. de interd. nu. 221. Tolet. lib. 1. c. 20. Vgo. Tab. 5. ca. §. 4. nu. 3. cum. n. in d. c. si. S. ad iudicium, Clericis permissum sit, ut diuina interdicti huius tempore faciant, iure etiam omnia concedi censentur sine quibus diuina facere nequeant; Vnde si talis Sacerdos nec habeat, nec commode conducere poterit Clericum, utique laici familiaris opera, ut poterit, dummodo in talis laicus non sit aliquo modo causa interdicti, aut interdictus ipse, aut de populo interdicto non sit, aut alia de causa inhabilis ad hoc prestandum, puta sit excommunicatus, interdicti enim, & excoicati semper sunt a diuinis excludendi, ut Cou. ubi supra notauit, & sequitur Henric. lib. 1. 3. de exc. & interd. cap. 46. §. 6. ubi tñ addit laicū, qui nullā cām dedit interdicto nec pars est populi generaliter interdicti, licet absq; privilegio Missae, vel officia diuina audiat, nō peccare mortaliter, sedulo cōtemptu, & scādalo, quia pceptum primatōis imponitur Clericis, de qua re inferius quid sentiendū sit latius ostendetur.

34 Quinto, Quoad Clericos aduertendum est, non omnes admittendos esse ad diuina tempore interdicti. Primo enim admitti non debent Clerici, qui aliquo modo huerunt culpabiles, & causa interdicti, eo quod isti sunt specialiter interdicti.

Secundo, Non debent admitti Clerici cōiugati, quod intellige in Ecclesia Latina in qua prohibitiū est Clericis coniugium post ordines Sacros, & ante ordines Sacros, si qui contrahant matrimonium et cum vnica, & Virgine, nec isti dimittendi sunt, qñ quidē Clerici coniugati nō gaudēt privilegio Clericali nisi duplici illo de quo est sermo in c. vnico, de Cler. coniug. li. 6. nimirū Canonis, si quis suadente diabolo, 17. quae l. 4. & fori, ex cōi sent. DD. in d. c. vnico, de Cler. coniug. lib. 6. immo, post Conc. Trident. 23. de Ref. c. 6. neq; hoc duplici privilegio gaudent, quis habitū, & tonsuram gestent, nisi de mandato Episcopi alicui Ecclesiae deseruiant; Inter quae duo privilegia coniugatis Clericis concessa nō numerantur hoc, ut tempore interdicti diuinis interesse possint; Vnde, quoad hoc, tanq; laici habendi sunt, & sicut illi a diuinis excludendū ex Cou. in c. Alma mater, p. 2. §. 4. nu. 4. vers. Decimo, de sent. ex. lib. 6. & Vgo. Tab. 5. c. 8. §. 5. nu. 5. in fine, Tolet. lib. 1. Instr. Sacerd. c. 20. & Nau. in Man. c. 27. nu. 174. qui tñ bene addit, quod ubi esset consuetudo praescripta, qualis fertur esse in Aragonia, ut Clerici coniugati admittantur ad diuina, ibi possent admitti, argum. cap. fina. de Consuetud. etiam si per errorem iuris introducta esset.

35 Dubium tñ est, An his exceptis, alij omnes Clerici tam maiorū, quā minorum ordinum, et primae tonsurae admitti possint; In qua re Arch. voluit non esse admittendos Clericos extraneos venientes ad loca generaliter interdicta, sed tantum illos qui sunt illius Ecclesiae, aut Religiosos, qui

sunt illius Conuentus, seu Monasterij, ubi officia diuina celebranda sunt; quā sententiam probat ex c. Alma mater, §. ad iudicium, de sent. ex. lib. 6. ubi dicitur, *Canonicos, & Clericos Ecclesiarum admittendos esse quali secus esset de Clericis Ecclesiarum aliarum*, & Cald. de Eccles. Interd. memb. 6. nu. 64. ut refert Gemin. in d. c. Alma mater, tenet quod post factum non essent irregulares, sed ante factum non auderet consuere, quod quis admitteret Religiosos, vel Clericos extraneos, & Gem. ipse, ante factū vult consulendum esse Papā, quā Archidiaconi suam Nau. in Man. c. 27. nu. 174. testatur suo tpe fuisse obseruatam in Gallia, ubi pauca fuerunt interdicta. Contrariam tamen sententiam tenent DD. si virtute d. c. Alma mater, admitti posse quoscumque extraneos Clericos & Religiosos, tum ad officia diuina in eorū Ecclesijs, seu Monasterijs audienda, tum et facienda. Sic Ioan. Andr. & Calder. & Gem. citati, & Franc. in d. c. Alma mater, & ibidem Anchar. q. 3. Fed. conf. 70. & 87. & 92. quos referunt, & sequuntur. Angel. v. Interd. 6. nu. 3. Cou. in c. Alma mater, p. 2. §. 4. nu. 4. vers. Nono, & Nau. in Man. c. 27. nu. 174. ubi ait hanc sententiam cōiter practicari in Castella, ubi feruntur infinita interdicta, & in Lusitania, ubi feruntur pauciora. Idem tenent Sylu. verbo, Interdictum, §. qu. 1. vers. Tertium, Tab. v. Interdictum, §. 8. S. Ant. 3. p. tit. 27. de Interd. c. 4. in princ. vers. Item nota, Felicianus Episcopus Scalensis in Ench. de Censurica, 7. quae refert, & sequitur Vgo. Tab. 5. c. 8. §. 5. nu. 5. Quae opinio, ut cōiurata etiam mihi verior esse videtur, quā & probari potest.

Primo, quia in prohibitione ex eo quod prohibentur officia diuina in Ecclesijs, intelliguntur prohibita tñ Clericis ipsarum Ecclesiarum, quam alienigenis; ergo, & in concessione simpliciter facta, quae conceduntur officia in Ecclesijs, intelligi debent concessa tñ Clericis extraneis, quā Clericis ipsarum Ecclesiarum, praeterum cum prohibitio sit odiosa, & concessio fauorabilis sit, ut propterea multo magis extendatur concessio ad Clericos extraneos, quā prohibitio.

Secundo, quia alias sequeretur, Moniales, quae non habent Capellanum proprium suae Ecclesiae, immo & Religiosos, qui non habent propriam Capellam, tempore interdicti generalis loci diuinis officijs esse priuatos.

Tertio, quia d. c. Alma, seruatus quatuor conditionibus praedictis, celebrari permittit officia diuina, sicut prius, at verò tunc dubio procul quilibet Clericus tonsuratus, etiam extraneus, admittendus erit, ergo & modo. Et deniq; quia diuina officia celebrari permittuntur tempore huius interdicti non Clericorū gratia, sed ob cultū diuinū, & ne Ecclesiae suis obsequijs priuentur, ut in d. c. Alma mater, habetur; At verò dubiū esse non potest, quin diuinus cultus magis augeatur, si Clerici extranei admitti fuerint ad diuina faciendā, & audiendā. Nec valet ratio Archidiaconi, siquidē, verba illa restringuntur ad distributiones quotidianas quae Clericis, & Canonici ipsius Ecclesiae debentur, nō aut ad diuinorum auditionem, & celebrationem, ut legenti verba textus perspicuum esse poterit. His tamen omnibus adderem, verā esse posse Archidiaconi sententiā, ubi contraria aliqua consuetudine praescripta esset, ne Clerici extranei admittantur, ut in Gallia, sic teste Nauarro, illic enim consuetudini loci standum erit, arg. c. fin. de Consuetud.

36 Nono aduertendum est ex Ioan. Andr. & Cald. tract. de Eccles. Interd. memb. 6. nu. 74. S. Anton. 3. par. tit. 27. de Interd. c. 4. circa princip. vers. Item tam Canonici. Angel. verbo, interdictum, 6. nu. 9. Tab. verbo, interd. 9. §. octauo. Cou. in c. Alma mater, p. 2. §. 4. nu. 3. vers. Sexto, de sent. ex. lib. 6. Sylu. verb. Interd. §. 4. 1. vers. Secundum, contra Ioan. Monaldum, virtute d. c. Alma mater, tempore interdicti dici poterit nō solū Missa conuentualis, ut loquuntur, sed etiam qualibet alia Missa peculiaris, & priuata. Ratio est; Quia ibi permittuntur Missae, & officia diuina, sicut prius, seruatis quatuor conditionibus praedictis; Cum ergo Pontifex non se restringat ad Missam conuentualē, nec nos restringere debemus. Addit autem Ioan. Andr. sibi videri, neque Ioan. Monaldum contrarium sensisset, quamuis in contrarium ab auctoribus citetur.

37 Decimo sciendū est, quod licet c. Alma mater, solum loquatū de interdicto generali loci, idem tñ est iudiciū de interdicto generali populi, ut constat ex his, quae in superioribus



capue diximus, in Tertio dicto princ. §. Quinto, ut proinde laici ad officia diuina admitti non debeant tempore talis interdicti, quando officia a Clericis dicuntur. Ad do tamen, quod licet interdicti huius tempore laici, ut dictum est, diuinis interesse nequeant, in Ecclesia tamen esse non prohibentur, ibique preces priuatas fundere, etiam si interdicti sint, ubi diuina non sunt, ex Angelica, verbo Interdictum, 6. num. 14. ubi citat Monald. Rhodon. idem tenent Syluester, verbo, Interdictum, 5. quest. 5. num. 7. vers. Tertium, Tabiena, verbo, Interdictum, 6. §. Decimo sexto. Nauar. in Manua. cap. 27. nu. 176. Maiol. lib. 3. cap. 20. numero 10. Vgolin. de Censur. Eccles. Tabul. 5. capit. 8. §. 4. num. 4. quod intellige nisi eis interdictus esset Ecclesia ingressus.

38 *Quinto* principaliter, Circa alia, quae non ita proprie pertinent ad officia diuina, quaedam licita sunt, quaedam verò illicita.

Primo licitum est officium commendationis animarum quod morientibus legi solet, sic Ioan. Calderin. tractat. de Eccles. interd. memb. 6. num. 93. & Cardinalis relatus à Syluestro, verbo, Interdictum, 5. quest. 4. vers. Sextum, & ipse met Syluester ibi. Angelica verbo, Interdictum 6. numer. 26. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 176. Henriquez libr. 13. de excomm. & interd. cap. 44. §. 2. Vgolin. Tab. 5. capit. 8. in princip. num. 3. & S. Anton. 3. part. tit. 27. de interd. capit. 4. in fin. Alphons. Viuald. tit. de interd. num. 224. probat hoc Angel. ubi supra, quia hoc officium est annexum absolutioni faciendae in poenitentia; absolutio autem infirmorum licita est, ergo & hoc officium; Verum haec ratio non ita efficaciter probat intantum sum, quia non constat hoc officium esse ita annexum absolutioni, alias sequeretur et qui in poenitentia non est absolutus, hoc officium legi non posse.

Ceterum, quicquid sit de hac ratione, doctrina mihi valde probabilis est precipue propter tot DD. auctoritate, & sine dubio legi potest etiam ei cui non est data absolutio, si solum petijt absolutionem, vel dedit signa, & etiam in casu, quod non dedit signa vel non petijt poenitentiam. Ratio Nauar. & Alphonsi Viualdi est, quia non est officium diuinum; At vero ratio, quae me magis mouet est, quia officium commendationis animarum, in quo recitari solent Litanie, Psalmi poenitentiales, Passio Christi, & Euangelium, multum confert animae, & saluti spirituali ipsius infirmi, ubi non est probabile Ecclesiam velle in illo vltimo deservire de situere infirmum periclitantem, & moriturum; notat tamen Henriquez. Sacerdotem non debere dicere *Dominus vobiscum*, quia hoc ad officium Diaconi pertinet.

39 *Secundo*, Confessio generalis quam solent laici facere Sacerdoti, & absolutio generalis, licite tempore interdicti fieri possunt; Sic expressè Calderin. & Nauar. ubi supra. Angelus autem verbo, Interdictum 6. num. 20. & Henriquez ubi supra, & Syluester verbo, Interdictum, 5. quest. 6. vers. Tertia. Alphonsi Viuald. cit. non aliter hanc licitam esse putant quam ipsummet Sacramentum poenitentiae, unde solum illis personis haec licet, quibus licet poenitentia. Mihi tamen, magis placet sententia Calderini, & aliorum, quia ista confessio generalis nullo modo pertinet ad Sacramentum poenitentiae, nec ipsa ad officium diuinum pertinere videtur.

40 *Tertio* Laici, qui habent Confraternitates, possunt tempore interdicti publice cantare Litanias, seu rogationes, & Psalmos & laudes Dei, & B. Virginis, & aliorum Sanctorum, etiam in ipsis Ecclesijs suis in loco interdicto, sic Calderin. tract. de interd. Eccles. memb. 6. nu. 82. Tabiena, verbo, Interdictum, 6. §. Decimo sexto. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 176. Felicianus Episcopus Scalenus in Enechiridio de censur. cap. 7. Henriquez libr. 13. de excomm. & interd. cap. 44. §. 1. vers. Secundo Simon. Maiol. lib. 3. de irregul. cap. 20. numero 10. Alphonsi Viuald. cit. num. 224. Vgolin. Tab. 5. cap. 8. in princip. num. 3. Qui etiam docent hoc licitum esse Clericis, & Regularibus siue cum cantu, siue absque cantu dummodo id faciunt sicut laici, id est, sine ea solemnitate qua solent vti, quando ex officio faciunt primo siue Crucis eleuatae gestatione; Secundo siue gestatione stola; ac superpellicei; Tertio, siue ordine procedendi;

Quarto, siue Dominus vobiscum. Vnde, non licet Sacerdoti in diebus Litaniarum, qui praecedunt Ascensionem Domini, & in festo S. Marci Euangelista in Processione eius superpelliceo, & praecedente Cruce, aut in alijs processionibus cantare solemniter Litanias tempore interdicti, cui hoc ad officium diuinum, & Sacerdotis pertinet, ut notat Henriquez ubi supra.

41 *Quarto* licita est Angelica saluatio tempore cuiuscunque interdicti, siue generalis, siue specialis, quae fieri solet in die, videlicet mane, meridies, & vespere sic Calderin. ubi supra, numero 93. Angelica, verbo, Interdictum, 5. num. 7. quest. 5. vers. Sextum. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 177. Couar. in capit. Alma mater, par. 2. §. 4. num. 5. vers. Decimo tertio, de sentent. excomm. lib. 6. Henriquez libr. 13. de excomm. & interd. cap. 44. §. 2. vers. Quarto. Vgolin. Tabul. 5. capit. 8. in princip. nu. 2. de qua infra latius.

42 *Quinto*, Laici de populo, vel loco interdicto licite possunt in die Parasceues ad Crucem accedere, eamque adorare, & osculari iuxta vniuersalem Ecclesiae consuetudinem, quia huius adoratio non est officium diuinum, sed simplex oratio. Sic Calderin. ubi supra, memb. 6. num. 90. Nauar. in Manua. cap. 27. nu. 176. Henriquez libr. 13. cit. ca. 44. §. 2. vers. Tertio. Vgolin. Tab. 5. cap. 8. in princip. num. 2. Idem mihi dicendum videtur de Clericis, si nihil amplius faciant quam laici facere solent id est, si absque vilo officio etiam ipsi ad Crucem accedant, osculentur, aut adorant. Immo cum per d. cap. Alma mater, concessa sint, ut diximus, tempore generalis interdicti loci omnia officia, ut prius possunt Clerici priuatum iuxta moderationem d. calma mater, prius celebrare officium; & deinde siue priuatum, siue apertis ianuis, & publice crucem adorare, & adorandam proponere.

43 *Sexto*, licita est praedicatio verbi Diuini tempore cuiuscunque interdicti, sic S. Ant. 3. part. tit. 27. de interdicto, c. 4. ante finem. Angelica, verbo, interdictum, 6. num. 11. Tabiena, verbo, interdictum, 6. §. Quarto. Alphonsi Viuald. cit. nu. 223. Cosmus Philarchus de officio Sacerd. lib. 4. ca. 3. Thom. Zerula in Praxi Episcopali, verbo, Interdictum, Toletus lib. 1. cap. 20. Martin. Ledesma. 2. 4. quest. 16. artic. 2. tract. de Interdicto, sed quare, vers. Non tamen prohibetur. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 76. Henriquez libr. 13. de excomm. & interd. cap. 44. §. 2. vers. Quinto. Vgolin. Tabul. 5. cap. 8. in princip. num. 3. & colligitur, ex cap. Responsio, de sent. excomm. An autem ipsemet interdictus possit praedicare pendet ex illa alia questione, An praedicatio sit actus proprius alicuius ordinis determinati, de qua Henriquez, ubi supra, talem praedicare posse affirmat, & nos licet docuimus in tract. de suspensio, cap. 16. in quarto.

44 *Septimo*, in fine, Pariratione licita est etiam lectio, & declaratio psalmorum, Euangeliorum, & aliorum librorum Sacrae Scripturae non solum illa quae fieri solet in solis sermonem Latino, sed etiam illa quae populariter sermone vulgari fieri consuevit propter identitatem rationis, quia diuisiue lectio similis est concionis, & a fortiori licita erit lectio in Mensa, qualis esse solet communiter in mensis Religiosorum, & praetorum.

45 *Septimo*, Quoad officium purificationis mulierum post partum, aliqui dicunt non licere, ut Calderin. quem refert ac sequitur S. Antonius, 3. part. tit. 27. de Interdicto, capit. 4. ante finem; Angelica, verbo, Interdictum, 6. num. 17. & citat Hostiensis Tabiena, verbo, Interdictum 6. §. Quarto. Maiol. lib. 3. de irregul. cap. 20. num. 8. & Vgolin. Tabul. 5. capit. 8. in princip. num. 4. Alij licere putant, ut Syueit, verbo, Interdictum, 5. num. 6. quest. 4. vers. Quintum. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 77. Henriquez libr. 13. de excomm. & interd. c. 44. §. 2. vers. Secundo. Quotam auctores re ipsa sensu non differunt, siquidem praeter sententia auctores id licere negant cum stola, & ornatu Sacerdotali, & solemnibus psalmorum introductione, sed enim mulierem introducere ad officium diuinum peccat, & ordinem Sacerdotalem, at verò sine tali solemnitate, & absque stola poterit Sacerdos facta illi solum confessione generat eam ad Ecclesiam introducere, ut Deo gratias ibi, ut motus est, agere possit, quo solo sensu auctores vitium

partem affirmatiuam tenent, vt legenti manifestum esse poterit.

46. *Octauo*, officium defunctorum non solum pro ipsa sepultura, quã do mortuus sepeliendus est, sed neque die tertio, septimo, trigesimo, & alijs consuetis, neque villo die potest publice fieri. Ratio est: quia est officium diuinum sic cõ-est publicè fieri. Ratio est: quia est officium diuinum sic cõ-est publicè fieri. Ratio est: quia est officium diuinum sic cõ-est publicè fieri.

Quid circa Benedictiones, & actus Iurisdictionis tempore interdicti licitum, aut illicitum sit. Cap. VI.

S V M M A R I V M.

- 1.** Benedictio Aquae de iure communi tempore interdicti prohibita est, & quare.
- 2.** Asperio Aquae benedictae an, & qualiter tempore interdicti fieri possit.
- 3.** Benedictio fontis pro baptismo in Sabbato Sãcto fieri solita, iure antiquo tempore interdicti prohibetur.
- 4.** Benedictio Chriftatis in die Iouis Sancti, quare permissa est tempore interdicti, non autem benedictio fontis in Sabbato Sãcto.
- 5.** Benedictio Chriftatis in die Iouis Sancti, sine solemnitate in iura moderationem Cap. [Alma mater] faciendâ est.
- 7.** Benedictio Calicis Corporalium, Altarium, Ecclesiarum, Patrum amonorum, & similitium, qualiter interdicti tempore licita sit.
- 8.** Benedictio per e, & baculi peregrinorum interdicti tempore licita est.
- 9.** Benedictio Mense omni tempore licita est.
- 10.** Benedictio Nuptiarum interdicti tempore prohibetur.
- 11.** Episcopi, & alij Prelati interdicti tempore, populo solemniter benedicere non possunt.
- 12.** Iurisdictionis actus, puta, excommunicare, suspendere, interdicare, absolue, & alij similes, interdicti tempore etiam ab interdicto exerceri possunt.
- 13.** Absolutio excommunicationis cum psalmo Miserere solemniter fieri solita, interdicti tempore prohibetur, & quare.
- 14.** Testamentum facere, & alios contractus inire etiam interdictus facere potest.

Quoad Benedictiones, quaedam licite sunt, quaedam autem illicitae.

1. Primum enim Benedictio aquae de iure communi prohibita est tempore interdicti. Ratio est: quia Aqua non benedicunt sine officio diuino, cap. Aquam, de consecrat. dist. 3. & Calderin. tract. de Eccles. interdict. memb. 6. num. 96. & Innoc. ab eo relatus. S. Anton. 3. parte, tit. 27. de interdict. cap. 4. ante finem. Nauar. in Manua. cap. 27. num. 174. Syluest. verbo, Interdictum, 5. nu. 6. quæst. 4. versic. Quintum. Alphonsus Vivald. tit. de Interdicto, num. 225. Tabiena, verbo, Interdictum, 6. §. Tertio. Armilla, verbo, Interdictum, numer. 63. & verb. Benedicere num. 6. Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 20. num. 8. Henriquez lib. 3. de excom. & interdict. c. 44. §. 1. vbi aduertendum est, quod cum prohibito Benedictionis aquae nascatur ex officio diuino, cum quo fit, ex eo quod in capit. Alma mater, concedantur omnia officia di-

uina, consequenter concessa intelligitur Benedictio aquae tempore generalis Interdicti loci, iuxta moderationem d. c. Alma mater, vnde Syluest. vbi supra, de hac re vniuersalem Regulam tradit; Benedictio omnis, quæ cum officio fit, pari modo conceditur cum d. cap. Alma mater, moderatione.

2. Sola difficultas est. An Sacerdos postquam aquam cum predicta moderatione priuatiu benedixerit, poterit illa publice populum aspergere? In qua re, si loquamur de solemnitate aspergione, quæ fieri solet cum Antiphona, *Asperges* &c. & oratione seu collecta, certum est ex communi DD. sententia non licere: tum, quia est aliquid ordinis Sacerdotalis sic aspergere, tum, quia est diuinum officium: si verò loquamur de aspergione quæ fieret sine vlla solemnitate, præsertim si non solum sine Antiphona, & oratione, sed etiam sine superpelliceo, & stola, certum est mihi licere, quia ex omissione superpellicei, & stole definit esse actus ordinis, & ex omissione orationis, & Antiphonæ definit esse officium Diuinum: vnde non apparet quo titulo prohibitum sit, sic aspergere populum.

3. Secundo, Benedictio fontis pro Baptismo, quæ fieri solet in Sabbato Sãcto, iure antiquo est prohibita, ex Palud. 4. distinctione 7. quæst. 3. artic. 2. Conclus. 3. S. Anton. 3. part. tit. 27. de interdicto, cap. 4. ante finem. Syluestro, vbi supra. Nauar. in cap. 27. numero 278. fauere videtur, & expressè Couar. in cap. Alma mater, parte 2. §. 5. numero 6. versic. De cimotertio, de sent. excom. libro 6. Henriquez libro 13. de excom. & interdict. cap. 44. §. 1. Vgolin. Tab. 5. cap. 7. §. 4. numero 4. Ratio est: quia habet officium diuinum, idque valde solenne erit licita cum moderatione c. Alma mater, tempore generalis interdicti loci.

4. Quod si obiiciatur licitam etiam esse de iure antiquo benedictionem Chriftatis in die Iouis Sancti, eo quod Chriftisma est necessarium non solum ad Sacramentum Confirmationis, sed etiam ad Sacramentum, in quo Sacerdos vngit Chriftimate verticem baptizati, & proinde si pro Baptismo licet consecrare Chriftisma, multo magis licebit benedictio fontis Baptismalis. *Respondeo* disparem esse rationem, eo quod Chriftisma assumi non possit ad vsum Baptismi, & Confirmationis, nisi sit illius anni, capitulo, si quis de alio, de consecr. dist. 4. ideoque necesse est, vt singulis annis renouetur. De fonte autem Baptismi nullum extat præceptum, vt sit illius anni, & proinde non est necessarium benedictio fontem, quandoquidem ad hoc factis esset fons quamuis non benedictus, chriftisma vero necessario benedicti debet.

5. Tertio, Benedictio chriftatis, non tam permittitur, quã licita, & permissa esse declaratur, in capit. Quoniam, de sent. excom. li. 6. & ibi glo. fina. idque ex eo, quod Chriftisma necessarium est ad Baptismum, & etiam, vt sit illius anni, faciendâ tamen est Chriftatis benedictio iuxta moderationem d. capitul. Alma mater, vt notant Calderin. citat. nu. 91. cum Ioan. Monaldo, Ioan. And. Host. S. Ant. 3. p. tit. 27. de Interdicto, 4. ante finem. Angelica, verbo, Interdictum, 6. numero 28. & citat. Archid. Syluest. verbo, Interdictum, 5. quæstione 4. versic. Quintum. Tabiena, verbo, Interdictum, 5. §. 3. & verbo, Interdictum, 6. §. Tertio. Nauar. in Manuali, capitulo 27. nu. 178. & Couar. in cap. Alma mater, parte 2. §. 2. numero 7. de sent. excom. libro 6. & §. 5. numero 6. versic. Decimotertio. Mart. Ledelm. 2. quæst. 26. articulo 2. tract. de Interdicto, §. sed quaeres. Simon. Maiol. lib. 3. de Irreg. cap. 20. numero 8. Henriquez libro 13. de excom. & interdict. capitulo 45. §. 1. in fine. Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 5. capitulo 7. §. 5. numero 2. Quod licet non posse iure scripto tam bene probari, cum specialiter dicatur, in d. capitul. Quoniam, licere benedicti chriftisma, est tamen valde probabile, ex eo quod solum conceditur, quatenus est necessarium ad Baptismum, sed solemnitas illa non est necessaria; ergo probabile est illam non concedi; maxime cum interdictum minus quam fieri potest, laedi debeat, ne Ecclesiastica censura nec ipsa dissoluatur, arg. c. Episcoporum, de priuileg. lib. 6. & Clem. prima, de sent. ex. Quibus addi potest benedictione hanc Chriftismatis ad officium diuinum pertinere, officia vero diuina celebrari debent iuxta moderationem d. ca. Alma mater, &